



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Cruce  
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte  
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi  
coadiutoris**

**Juan <de la Cruz>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1639**

Illvstrissimo, Ac Reverendissimo D.D. Melchiori De Moscoso, Et Sandoval  
Episcopo Segoviensi Regio Consiliario, Ac Serenissimi Ferdinandi  
Hispaniarum Infantis Cardinalis Cubiculario Maximo, Frater ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37873**



ILLVSTRISSIMO,

AC REVERENDISSIMO

D. D. MELCHIORI DE  
MOSCO, ET SANDOVAL EPISCOPO  
SEGOVIENSI REGIO CONSILIARIO, AC SERENISSIMI  
Ferdinandi Hispaniarum Infantis Cardinalis  
Cubiculario Maximo,

FRATER NICOLAUS A IESV MARIA  
*Carmelita Discalceatus.*

**I**BI (Præsul amplissime) Theologica hæc  
Mystici Doctoris nostri Ioannis Elucida-  
tio multis nominibus debetur. Primum,  
quòd Elucidatio : Cui enim splendescens  
lux, nisi Soli; Tibi, inquam, genere, ac virtute micanti?  
Deinde quòd Theologica : cum sacra imbutus sapien-  
tia Salmanticæ Magistri olim lauream illustrans obti-  
nueris. At cum Doctoris Mystici ea sit explicatio, te di-  
uinorum Mystem ac expertum decet. Ioannis autem  
nostri qualiscumque hæc defensio, insigni Ioannis i-  
psius veneratori ac laudatori commendanda : præci-  
pue

2 2

pue

B.  
Joanni  
à Cruce

Opera  
mystic

NVI

128

4  
pue cum ad Segouiensem Pontificem eius, cuius Segouix corpus requiescit, tutela pertineat. Sed hæc, & si maxima obsequij huius præstandi vincula, minora tamen, si vni instaurati Carmeli titulo comparentur. Discalceati, namque Carmelitæ doctrina à Discalceato item Carmelita defenditur: renouati Carmeli, res agitur. Hæc vel vnica munus hoc tibi consecrandi ratio. Quanto enim affectu nostram prosequaris Religionem, non modo ipsa honoribus ac immensis penè beneficijs à te obruta, sed & fama vbique proloquitur. Videas (generose ac religiose Princeps) quot, quantisque deuinciar ipse nominibus, vt tibi leuidense hoc munusculum audeam, debeam consecrare. Ea igitur beneuolentia, qua cuncta nostra soles, illud suscipe; qua te instaurati Carmeli Religio suspicit, Patronum sibi, & constituens, & votis omnibus, precibusque iugiter ad Deum fuis incolumem precatur. Vale, o, præsidium, & dulce, & decus nostrum. Salmanticæ.

APPRO-